BENEDICTUS PP. XIV.

Morbio 27 (153)

Universitäts- u. Landesbibl. Halle/S.

Dilecte fili et dilecta in Christo filia salutem et Aplicam benedictionem Spirituali consolationi vestræ quantum cum Domino possumus benignè consulere, vosque specialibus favoribus et gratijs
prosequi volentes, et vestrum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, alijsque Ecclicis sententijs, censuris, et pœnis à Jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis,
si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum pntium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter por:
rectis inclinati, Vobis, qui, ut asseritis, de nobili genere procreati existitis, ut in privatis domorum vestræ habitationis in Civitate, et diœcesi Mediolanen existentibus Oratorijs ad hoc decenter muro ex:
tructis, et ornatis, seu extruendis, et ornandis, ab omnibus domesticis usibus liberis, per Ordinarium loci prius visitandis, et approbandis, ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura unam Missam
pro unoquoque die, dummodo in eisdem domibus celebrandi licentia quæ adhuc duret alteri concessa non fuerit per quemcumque sacerdotem ab eodem Ordinario approbatum sæcularem, seu de supe:
riorum suorum licentia Regularem, sine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, ac Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, alijsque solemniori:
bus anni festis diebus exceptis, in vestra, ac natorum, consanguineorum, et affinium vobiscum inimul in eadem domo habitantium familiæque, et quoad Oratoria ruri existentia etiam in hospitum no:
bilium vestrorum præsentia celebrari facere libere, et licite possitis, et valeatis, ac quilibet vestrum possit, et valeat Aplica auctoritate tenore pntium concedimus, et indulgemus. Non obstan. Constitutio:
nibus, et Ordinationibus Aplicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod nati, consanguinei et affines pti dictam unicam Missam vobis pntibus dumtaxat audire, nunquam vero ce:
lebrari facere valeant, quodque familiares servitijs vestris tempore dictæ Missæ actu non necessarij ibidem Missæ huiu interessentes ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia diebus festis de
præcepto minime liberi censeantur. Datum Romæ apud Sctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVJ. Martij MDCCLJV. Pontus Nri Anno Decimoquarto.

Pro Dno Cardinali Passioneo
Joannes Florius substitutus

Dilecto filio Marchioni Francisco Orrigone,
et dilectæ in Christo filiæ Marchionissæ Mariæ
Theresiæ Burchausen Coniugibus Nobilibus Me-
diolanen

* 1754 März 16

Morbio 27 (153)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Registrat. in Cancell.ria Archivi Mediolani
die 15. Januarij 1755.
Voluntenius

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872272371-10/fragment/page=0002
DFG